



Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CXXXVIII. De Morte duodecim fratrum & quingentorum virorum & de destructione civitatis Christburg castri Pomesanorum, & suburbii fratrum & occisione plurium Christianorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teut.
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Pruss. Provinc.

ipsum, in quo fideles Pomesani habitabant, fortiter impugnantes, tandem intraverunt potenter, & captis & occisis hominibus, præter eos, qui ad Castrum Christburg confugere poterant, dictum propugnaculum funditus de struxerunt.

CAP. CXXXVIII.

De

Morte duodecim fratrum & quingenorum virorum & de destructione civitatis Christburg castri Pomesanorum, & suburbii fratrum & oc-
cisione plurium Christianorum.

Divanus dictus Clekine Capitaneus Barthorum & Linko Pogesanus cum magno Exercitu intraverunt terram Colensem & dum ad clamorem hujus Exercitus fratres de Christburg & alii convenissent ad terram Colensem, Pogesani, ut Divanus præordinaverat, cum valido exercitu equitum & peditum venerunt ad Castrum dictum Trampere, situm infra Christburg & Mergenburg, in Cujus obsidione reliquerunt pedites, & quendam dictum Colte ipsis Capitaneum præfecerunt. Sed equites transiverunt usque ad territorium dictum Algent, in quo nunc situm est Castrum Mergenburg, & usque ad Insulam S. Mariæ occidendo, capiendo & cremando, quicquid in via eis occurrit. Quo intellecto fratres de Castris Pusilia & Vischovia cum suis armigeris venerunt fratribus & Civibus de Christburg in armis jam paratis in auxilium. Et dum fratres procedentes approxinquarent Castro obsesto, Prutheni cessantes ab impugnatione conversi sunt in fugam. In hac fuga & impugnatione castrorum multi Prutheni occisi fuerunt, & lethaliter vulnerati, & Colte,

Gg 2

Capi-

Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gener. Ord. Teut.
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Pruss. Provinc.

Capitaneus eorum etiam cecidit gladio interfactus, siveque pedites fugientes occurserunt equitibus; de quo territi, congre-gaverunt se & equites & pedites, & in littore Sirgure castra metati sunt, fratribus ex opposito se locantibus cum suo Exercitu. Prutheni videntes quod sine bello evadere non possent, considerata opportunitate, dum Christiani quasi nihil timentes sine custodiâ debitâ essent, imo etiam sellas de equis posuissent, medium partem exercitus sui occulte permiserunt transire flumen, quæ Christianos retro, alii ante, bello durissimo invaserunt, & antequam Christiani se possent præparare ad defensionem, occisi fuerunt XII. fratres & quingenti Viri circa Villam Poganste, reliquos fugientes ad Civitatem secuti sunt, & post modicam impugnationem potenter intraverunt, & civitatem & Castrum Pogesaniorum & fratum suburbium penitus destruxerunt, captis & occisis omnibus, prater illos, qui ad castrum fratrum confugere potuerunt. Hoc tempore non remanserunt in Castro Christburg, nisi tres fratres & tres famuli & quidam Pomesanus, dictus Scienes, qui propter quædam delicta, quæ commiserat, fuit vinculis mancipatus. Hic fractis compedibus cum gladio & lanceis tanquam leo (c) intrepidus stetit in ponte Castrum fratrum, & prohibuit introitum hostibus, quousque porta clauderetur. Quo facto, quidam frater telo occidit quendam Pruthenum, cui XL. (d) pueri Christiani capti & ligati simul commissi fuerant custodiendi, & pueri curretes ad Castrum evaserunt perpetuam servitutem.

ANIMA DVERSIONES.

(e) Collectanea Magnif. Domini Zamelii habent Dekine. Et sic etiam Elbingensis & Thoruniensis Codices. Idem Zamelius Diwanum hunc putat dictum esse à voce Prussia & Lithuanica Deiva i. e. Deus. Unde eidem à Prussis videri possit datum nomen Ottonis. apud Henneb. pag. 3. (b)

Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teuton.
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Pruss. Provinc.

- (b) Collectanea Dn. Zamelii habent Trampere vel Trampen. Jeroschini verò & Chronicorum Antiqu. Germ. in 4. habent Tranpeyen. Alii Trampien.
- (c) Simile olim factum Horatii Coelitis, vide apud Livium lib. 2. c. 10. Flor. lib. 1. cap. 10.
- (d) Thoruniense Fragmentum legit, primum. In Regiomontano exemplari hoc legi non poterat. Restituimus itaque hæc ex Germanica Jeroschini versione.

CAP. CXXXIX.

De

Morte plurium Pruthenorum.

Divanus prædictus iterum sæviens in Sangvinem Christianum, congregato Exercitu valido, territoria circa Christburg & Mergenburg denuo deprædavit putans quod nunc debaret ei ad votum succedere sicut prius. Jam enim tot fratres & alios Christianos interfecit & captivavit quod non credidit aliquos superesse qui resistere possent ei. Unde præmisso exercitu suo cum spolio ipse cum paucis sequebatur. Sed fratres de Christburg & Elbingo cum modico Exercitu confisi in eum, cuius virtute unus persequebatur mille, & duo fugaverant decem millia, venerunt ad fluvium (a) Ghobar, ubi Divanum viriliter sunt aggressi, & quendam consanguineum ipsius, dictum Dabore, & totum populum occiderunt. Sed Divvanus cum paucis non sine magnâ verecundiâ fugiens sic evasit. Reducentes ergò fratres prædam, quam de manu ipsorum eruerunt cum gratiarum actione ad propria sunt reversi.

ANIMADVERSIO.

- (a) Thoruniense Fragmentum habet Chobar. Est autem fluvius die Guher dictus.